

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria.  
Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyna.||  
Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani  
ſ̄posta est epi||stola ... || ...**

**Terentius Afer, Publius**

**Lipsiae, 1519**

Vorwort

[urn:nbn:de:bsz:31-114211](#)

AK 73 A 174 R

PHILIPPI MELAE BRETTANI, AD PAVLVM GERAEN-  
DRVM SALOBVRGENSEM IN TERENTII CO-  
MOEDIAS PRAEFATIO.

**C**Qui mores olim publicæ priuatæq; uitæ constituerunt uiri græci (nam ab illis uelut humanarum artiū primis autoribus auspicandum censeo) partim apologis quales feruntur AEsopei, partim ænigmatis, ut scrupi sunt Cleobuli Lyndii επικωσ conscripti, partim sacris quibusdam Deorum, ut ferebatur, oraculis rem absoluerunt. Mox prima philosophorum artas, hominū studia sententiis pauculis, etiam a poeta quopiam acceptis, composuit. Adde posteriori seculo præter philosophorum uulgaris, exempla morum Socratem & Diogenem, quorum uterq; non tam uitæ usu spectatus foris, quam scholæ studio domi probatus est, tametsi aliis longe finibus utriusq; rationes cōstitere. Socrates, ut uiuendi modo ciuilior, oratione fuit modestiæ ac humanitatis plena. contra Diogenes & uita & sermone asper, rigidus, carpendo acer. quamuis ab illa quæ tum cœpit rixatorum disciplina maxie alienus, nugas puto quales in illum iactabantur οτερ ειμιεγω ουκ ε σν ανδρωπος Δεειμι, σν αρα ουκ ει ανδρωπος Qd ego sum tu nō es, homo ego sum. tu igit̄ hō nō es. Accessit ad instituta sapietū sophistica, non illa nugatoria, sed quæ posthac cum historia copulata est. utilis apprime moribus hominū formandis. Et ante poëtis opinione artis cesserat longe maxima pars instituendæ uitæ. e quibus pleriq; principum aucti gratia, laudes illis tantum heroicas uelut exempla dedere. Homericos reges puto & Tragicas cōciones. his Pindaricum poema nō addetur inepte. Reliqui in cōmuni bus uersati cauissis, familiae curam ciuitatisq; statū descriptere. illis Comœdia se debet præcipua. Prætero quæ plurima etiam uersu suis interdū amici tradiderunt. Hesiodi εργα καιημεραι ad fratre opus tale forsan habebitur. & qui Pythagoræ dicuntur aurei uersiculi, autore non malo sed tamen ignobili. & Theognidos Phocylidæq; carmen cū Solomonis hebræi sententiis collatum. & innumeræ Solonis Attici paræneses. quidquid id est, quod publico fauore plausuq; caruit, solo priuatorum usu laudem promeruit nō modicam. Ad ista redeo quæ frequentibus exhibita spectaculis uitam omnē quasi suis depictā uicibus ostentarunt. ea ut ordine refe-



I GERAEN  
TII CO  
  
erut uiri gra  
toribus auspi  
AEloperi, par  
TIKOS con  
tur, oraculis  
hominū stu  
tis, compo  
lgus, exem  
on tam ui  
atus est, ta  
rates, ut ui  
nitatis ple  
, carpendo  
lina maxie  
quayso ovk  
ego sum tu  
rta sapientū  
historia co  
. Et ante po  
rendæ uita, e  
ntum heroi  
ngicas cōcio  
i in cōmuni  
cripsere illis  
etiam uerſu  
spxi ad fratre  
ur aurei uerſ  
gnidos Phocy  
atum, & innu  
od publico fa  
promeruit nō  
spectaculis ui  
a ut ordine refe

gamus, paulo altius petenda uidentur. Olim composito Athenæ statu, cum & pacis & ocii studia, ceu fato cœpissent excoli, priusq; esset illa communis philosophorum appellatio. Poetæ se quidam ingenii uiribus extulerunt, magni homines, uiuendi formâ gratiis adhibitis eleganter exprimentes, & prodesse bonis mentibus & delectare afficeret uirtutis argumēto populum conati Tragici uocabantur, qui faciliore aliquanto pede, quāuis heroas Homericos imitati, orationem numeris uinxere. pedestri ea habita est non absimilis. Primū fuisse ferunt Thespin Atticum, qui multitudo animos ædita Tragœdia personatus in se conuertit, uel eo clar⁹, q; extrema ætate Solonem spectatorem habuit. Quo etiam tempore accessit artibus incrementi tantum, ut Pisistratus Atheni ensium princeps, Homeri poema mox digeri probe curarit. quisq; ille fuit ( nam Aristarchum posterior ætas tulit ) qui rem tyranni mandato aggressus Homeride & Rhapsodis magna uersuum uolumina dedit. Solebant tum illi uagabundi partem Homericu ematis allecti, uel mercedis, uel gloriæ cupidine decantare. Creuit emulatione studiū, paucisq; post annis, præter autores Tragœdiæ multos, suæ cuiq; priuato cauſæ dramate uario comprehenſe passim agebantur. donec poetis negocium datum est, qui paulo festiuus pro ingenii elegantia stultas uulgi contentiones luderent certis interim nominibus non tacitis. Qui ioci, perinde atq; Tragœdiæ, publicis celebrati spectaculis, magnâ poetæ laudem, maiorem auditori componendæ uitæ rationem pepererunt. Atq; hæc sunt comediæ initia, hæc est etiam finis, ut ea ceu regundæ uitæ speculo utamur. id qđ adeo accepim⁹ illis obseruatū temporibus, ut nunq; postea annos multos non frequens fuerit in Atheniensū oculis Comœdia. sed minore aliquanto licentia, quando & reliqua uatum opera iam audiebatur undiq;. Nam induxerat, ut scribit ATHENAEVS, in Theatra, & quidē primus Demetrius ille Phalere⁹ Homeridas seu Rhapsodos, & Aristarchi diligētia isto fere seculo libri Homerici habebantur integri. Feruntur item opera Demetrii, poemata Hesiodi. Archilochi. Phocylidæ primis horibus publicata. De Græca comedia dicctum est haec tenus, uti morum cauſa cœperit, ut ingenti primū admiratione res noua sit ædita. De scena reliqua agenda fabulae specie, q; plura præter cæteros uoleat, Athenæi dissertationes & Iulii Pollucis cōmenta

rios petat. Nunc quom de latilio Terentiano scilicet poemate agi  
tur. tametsi a Donati Bñdicti pñfatiõibꝫ accipi nōnulla possunt,  
referre tñ putaui, quo sit modo in urbē ROMAM inuecta comœ-  
dia. Nā si ad primā urbis originē q̄si postliminio redeas, in ludis &  
his quidē paucis, noianſ e statis circēſes, & nescio q̄ sacra, q̄ prater  
uenerandā antiquitatis cōsuetudinē nihil est quod admirere. Sed  
illa tñ ad posteros usq̄ deducta, puto q̄ ea pietas uideref, ut urbis  
Romæ opes, ita ludorū celebritatē frequentiorē reddidit. Hinc &  
numeri nō pauci ad gesticulationē ueluti Dithyräbi cōpositi, & ar-  
tes hetruscas suis decoræ ludiis excipiebantur. Has Andronici Liuī  
studiū postea expoliit, q̄ cū græca Scientia disciplinas hetruscas cō-  
lunxerat. Primus in urbe spectaculis uariū carmen edidit, epos, Co-  
mœdiā, Satyrā, ueteris comœdiæ, imaginem, Tragœdiā. Successe-  
rūt Q. Ennius. M. Plautus. Cn. Neuius. M. Pacuvius. Statius Cæ-  
tili⁹. L. Accius, partim comœdia partim tragœdia illustres, pleriq̄  
carminū alia specie laudati. At nescio num cuiq̄ scriptorū generi  
suus decor apud illos manserit. nā in Plauti comœdia desyderari  
nonnunq̄ ῥpeton aiunt. Et qui statim secuti sunt illos, Terentius  
atq̄ Lucilius arte superiores habent Quintiliano teste. Sed in no-  
strū, omne totius comœdiæ ingeniu conferūt. Itaq̄ summatis de  
latina comœdia diximus. de Terentiana longe pluribꝫ agerē, nisi  
aliorum in manu essent cōmentarii. Neq; uero de poetæ artificio  
aliud q̄ quod ERASMVS Roterodamus Opt. Max. literarū p̄ses  
ait, esse optimū dicendi artificē Terentiū. Non differo quibus ille  
figuris, qua elegantia, quo decore orationē supra cōmunem inge-  
niorū aleam extulerit. quam prima comœdiæ iuuenes ament san-  
cte, p̄tra quā sint inepti secunda fabulæ Phedria, Cherea, milesq;  
Thraso, quam sese imprudenter in tertia Menedemus excruciet a  
filio non bono desertus. quā probet urbanc Mitio, quid in institu-  
enda iuuentute possit liberalitas, quid elemētia. Mitto multiplicē  
in Ecyra m̄lieg, & si dici pōt stultā calliditatē. Mitto quā uulpineſ  
improbe parasit⁹ Phormio. M̄ta sunt eiuscmodi apd' hūc poetā  
quicce moribusq; parādis, q̄ dictiōis elegatiæ pueniūt. ita rei natu-  
ra ītrospecta, ita personæ habit⁹, etas & p̄ditio obseruata ē. Id an  
græcoſe æmulatione p̄stet, an ne latia arte, uif ingenio poti⁹ Aphri-  
co, fortassis ambigi nonnihil poteſt. Sed dicā libere qñ & ingenio  
sua laus est, partē esse Menādr⁹ quē autorē habuit, in illis multā.

Eius hauiſ  
Nōd̄ p̄ſ ōv  
Kai Dñmz ū  
cunſe credā  
ſuife, quod  
bis & liber  
banos, ele  
dtios, id  
Yer Kai lepa  
Tia ſe an  
merus Lam  
longiote ir  
dignosci ca  
ſinſti, disp  
logi Beued  
cōparetur,  
ligentia et  
diū de ped  
Qui locup  
metticos v  
Priscian⁹  
garibus q  
Planti cod  
ibi nescio d  
Verū illa c  
ora latini,  
legendo re  
LE tuis exi  
tam q̄ ſe  
cēm illi h  
tus Germi  
gine habic  
pisti, quib  
grauiſſim  
tuta renf.  
poematiū p  
lii fuerat

Eius hæ virtutes inter summas a Plutarcho laudantur, & illa me  
nulla possum, quæ comœ  
deas, in ludis &  
sacra, q̄ prater  
admirere. Sed  
deret, ut turbis  
dedit. Hinc &  
cōpositi, & at  
dronici Liuī  
hetruscas cō  
dit, epos, Co  
diā. Successor  
Statius Cæ  
stres, pluriq  
onū generi  
desyderari  
Terentius  
Srd in no  
matim de  
agere, nisi  
ter artificio  
iterarū p̄fes  
quibus ille  
nunem inge  
s ament san  
ea, mulesq  
s excruciet a  
id in institu  
o multipliç  
quā wulpine  
d' hūc poetā  
ita rei natur  
ruata ē. Id an  
o poti⁹ Aphri  
q̄ & ingenio  
n illis multā  
νοντος ουτωσ εδει ρη την λεξιν ωτε πασι και φυισι και διαφεσι  
και κατικις συμετρον ενxi. Quo sit ut Menandrum & arte suis pla  
cuisse credā, q̄ talis est in eo œconomia, & exéplo p̄cipiū nostro  
fuisse, quod cura & studio imitaref. Ceterū in hoc poemate specta  
bis & libero dignas sentētias, & iocos lepidos facilesq̄ & sales ux  
banos, elegātes, non ineptos, non inuidiosos, planeq̄ Menan  
drios, id qđ Græcus ait. αι μενανδρον κωμοελιαι αφθονω αλων  
γει και τερων μετεχουσιν ωστε σρ εξ εκεινης γεγονοτον τησ σαλατ  
τησ εξ ωναφροδιτη γεγονεν. Ad eā elegatiā peculiari gra facit nu  
merus Lambicus Teretio familiaris. Trimetris potissimum p̄stat, &  
longiore interdū uersu. ne a pedestri orōne uideat alienus. Atq̄ ut  
dignosci carminis ratio possit, modi cuiq̄ scenæ sunt inscripti, di  
stincti, dispositi q̄ uersus ut lex postulat, quæ diligētia primū Philo  
logi Beuedicti laudibus cessit. Vtinam & nostris libellis gratiæ tñ  
cōparetur, ut exēplari collato iudicentur numeri. nam reliquū di  
ligentiæ etiā sine monitore spectabitur. Est & Benedicti compen  
diū de pedib⁹ annexū, ut in promptu sit carminis absoluta ratio.  
Qui locupletiorē hui⁹ penū desyderat. Aldi Manutii cōmentarios  
metricos requirat. Olim fortasse dabunt quæ de Lambico carmine  
Priscian⁹ cōposuit, siquādo a nobis eden⁹ paulo emēdationes nul  
garibus q̄ usq̄ adeo deprauati leguntur, ut quæ Pius etiam Baptista  
Plauti codicibus addidit, ex illo de lābis descripta, nulla uideant.  
ibi nescio q̄ locis Homericis noctua supposita. οὐλεντποσ εποσ.  
Verū illa copiosi⁹ alias. Hic Terenti⁹ est Poeta Comicus, in quem  
ora latini, in quē ocl̄os referūt. & orōnis & uitæ mḡ, omni pene  
legend⁹ ætati, sed om̄i plane studio. Hic auspiciis optie mi PAV  
LE tuis exit in publicū lāt⁹, cū q̄ opera sibi tua castigatior uidetur,  
tum q̄ fœlicissimo tuo studio princeps colis unic⁹, eoq̄ decore, ut  
oēm illi hūanitatē, την εκυκλισν παιδειαν piunctā habeas. Et iuuē  
tus Germanica uelim exemplo tuo in poetā istum incumbat, ima  
ginē habitura studiōz quā a M. Cicerōe reliqsz magnis uiris acce  
pisti, quib⁹ adeo Teretianæ fabulæ fuerit in manib⁹ frequentes, ut  
grauissimas interdū causas Terentiano carmie uel illustrarent uel  
tutarent. Opinor, q̄ ita quondā oratores Græci multas bonorum  
poematiū partes, & ingenii probandi & honestandæ rei gratia fa  
liti fuerat απωσοματιζοντες diceat. Vale mi PAVLE Geræander.

A iii